



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 60. Jesuitarum Generalis electio jussu Pontificis Romæ facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Post Sancti Ignatii obitum de eligendo Sæcul. XVI
 Societatis Præposito generali age- A.C. 1556.

batur: equidem sanctus Vir pro Socie- *Sacchini hist.*
 tatis rebus cum plena potestate admi- *Soc. l. 3. n. 22.*
 nistrandis Patres Joannem Polancum, *44. & 45.*
 Christophorum Madridium, & Hierony- *Ribad. ait.*
 mum Nadalem nominabat, seu potius *P. Lain. l. I.*
_{c. 12.}
 eorum nominationem approbabat: ve-
 rum Patres ibidem congregati in Vica-
 rium Generale feligebant Patrem Lai-
 nium, seu Lainesium, cum autem ille
 tum gravi morbo decumberet, suprema
 regiminis potestas Joanni Polanco, &
 Madridio interim deferebatur, donec
 Vicarius pristinæ restitueretur valetudi-
 ni: qna etiam paucis post diebus recu-
 perata per Patrem Polancum ad omnes
 Societatis Provincias perscribi, ac Con-
 gregationem indici jussit, in qua proxi-
 mo Mense Novembri Præpositus Gene-
 ralis eligeretur: cum autem tunc bel-
 lum inter Papam, & Philippum II. fer-
 veret, ac Patres Hispani tuto Romam
 venire non possent, Lainius vero
 omnes Hispaniæ Provinciales, ceteros-
 que huic conventui interesse percuperet,
 hinc eadem Congregatio ad biennium
 dilata est.

§. LX.

*Jesuitarum Generalis ele~~ctio~~ jussu
 Pontificis Romæ facta.*

Inte-

Sæc. XVI.**A.C. 1556.****Sacchini l. 1.****n. 46. n. 48.****Ribad. c. 12.**

Interea frequens inter Patres erat dis-
sensio; non enim ex primis Ignatii
sociis plures, quam quinque supererant,
iisque erant Lainesius, Salmeron, Broe-
tius, Rodericus, & Bobadilla. Horum
postremus audacioris indolis Vir, qui
Neapoli Patris Oviedi regimen turba-
bat, & ab ipsomet Sancto Ignatio ad-
ministratione Collegii fuerat exutus, pa-
lam querebatur, quod soli Lainesio o-
mnis authoritas attribueretur; hinc
constanter, ut Societas per quinque Pro-
fessos ætate seniores in Pontificum Bul-
lis nominatos regeretur, petiit, atque ad
sua studia pertraxit Rodericum, Broe-
tiuum, Violam, aliumque nomine Adria-
num: unde inter ipso fat vehemens
oriebatur contentio, quæ tandem ad
Carpii Cardinalis aures delata est. Hic,
cum animos adeo exacerbatos cerne-
ret, soli Lainesio Regimen committe-
re haud consultum censebat, hinc socios
ipsi adjungi præcepit, quibus sicut se-
nioribus ex Ignatii societate Professis
adjutus summæ rerum præcesset Laine-
sius: verum quidam ad ciendos motus
nati rursus nova dissensionum semina
spargere moliebantur: cum enim de fu-
turæ Congregationis loco ageretur, ac
quibusdam Lauretum, aliis autem A-
venio placeret, ac nonnulli Lusitaniam
ob auxilia a Rege suppeditanda, alii de-
nique

nique Genuam proponerent, Summo Sæc. XVI.
 Pontifici significabatur, quod Societatis A.C. 1556.
 Patres Roma emigrare, suumque con-
 ventum extra Italiam celebrare moli-
 rentur, ut a Pontificis præsentia magis
 remoti ejus auctoritatem, judiciumque
 declinare possent: id vero eorum rebus
 plurimum nocere, exponebatur Ponti-
 fici, eoquod lucem fugere viderentur.
 Re comperta Papa omnium Jesuitarum,
 qui Romæ agebant, indicem sibi tradi,
 eorumque nomina, cognomina, ac pa-
 triam indicari postulat, præcipiens, ne
 illorum quispiam absque singulari venia
 urbe excederet: id etiam effectui da-
 tum est.

§. LXI.

Calvini secta sensim in Galliis invalescens.

Quamvis Hæretici in Galliis seve-
 re castigarentur, atque eorum
 plures rogi etiam suppicio affecti peri-
 rent, nihilominus Calvini secta in qui-
 busdam locis altiores radices agere cœ- 1555.
Beza hist.
 Eccl. l. i. p. 98
 & 99. ann.
 perat: quippe Nobilis quidam nomine
 Ferrierus patria Cenomanensis hæreti-
 cos pro sumenda eorum Cœna, preci-
 busque fundendis ad ædes suas clam
 recipiebat: postea vero Parisiis auffuge-
 re compellebatur, cum autem ejus u-
 xor filium eniteretur, ipse palam decla-
 rabat,